



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. IV. Aliud ejusdem Annati argumentum dissolvitur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

& ab eodem Rivo retrahitam. Idem assertunt Doctores Lovanienses in justificatione & defensione cuiusdam Censuræ sua, Parisiis impressa anno 1641. Nam ibidem cap. 4. num. 81 expressè dicitur, prædictam propositionem in ipsa Universitate Lovaniensi fuisse olim ante 112, annos censam & abjectam, & deinde Roma ipso Rivo præsente, sub Xisto IV. damnatam, & ab eodem Rivo recantaram.

159 Ex quo duplice testimonio, omni exceptione majore, infringitur responso Cardinalis De Lugo dicentis propositionem à præfato Author reassertam, & ab illo Pontifice proscriptam,

3. par  
te dis<sup>p</sup> non fuisse illam quam retulimus, sed istam: *Quod*

2.6.  
sed. 6 ex præcedenti ordine successivæ durationis sequitur per necessariam consequentiam, necessariorum & inimpeditibile est.

Neque enim par est credere, Sylvium, virum prudentem, sapientem, & in omni passu suo solidum, hujus propositionis censuram in suis ad primam partem D. Thomæ commentariis voluisse inferere, eamque in opusculo quod de primo Motore edidit, confirmare, ac denud assertere, & tam fedam levitatis, vel ignorantiae, aut negligenter, & dormitionis, in hoc duplice eximio opere, notam imprimere, nisi de illius veritate fuisset omnino certus. Multo minus credibile est aut probabile, Professores Lovaniensis Academie, quæ magnam sibi promeruit toto terrarum orbe authoritatem, idem voluisse tam expressè assertere, præsertim in justificatione Censuræ, quam ipi Nuncio Apostolico, Galatino Episcopo, die 9. Septembri 1588. per Decanum ejusdem Facultatis, Dominum Henricum Guychium, exhibuerunt, nisi de ejusdem propositionis Censura fuissent etiam certi. Credetim porro his quæ præfatus Cardinalis, in sui de hac propositione judicij confirmationem, loco citato addueit, deesse quidpiam, quam Sylvio & Doctribus Lovaniensibus, in his quæ ad manu illis erant exquirendis aut investigandis, diligentiam & sedulitatem defuisse.

160 Ceterum, eti gratis concedatur, dictam propositionem non fuisse damnata, sed aliam quam refert De Lugo, semper tamen illa remaneat de errore suspecta, quia ut ostendit Sylvius ubi supra, prior illa propotio ex posteriori sequitur. Nam si non est necesse id quod per necessariam consequentiam sequitur ex aliquo præcedenti ordine successivæ durationis, esse inimpeditibile & necessarium; à fortiori non erit necesse, id quod per necessariam consequentiam sequitur ex aliquo præcedenti liberi arbitrii determinacionem & consensum, prioritate naturæ, esse necessarium & inimpeditibile, seu non liberum, & contingens. Quia ut supra arguebamus, ea quæ prioritate naturæ contingentiam & libertatem antecedunt, eam causant & non destruunt, prioritas enim naturæ est prioritas causalitatis & dependentiarum, & competit causa & principio actuali, in ordine ad effectum quem actu producit.

161 Ad quintum distinguo Majorem. Quando antecedens est causa consequentis, independens à libertate, nemo dubitare potest quod non sit tantum necessitas consequentia, sed & consequens. Si antecedens sit causa consequentiae, solum quantum ad substantiam & entitatem aetius, verum est. Si ergo causa consequentis, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad modum contingentia & libertatis in eo inclusum (ut contingit in proposito) falsum. Nam ut supra ex D. Anselmo retulimus:

A Quoniam quod Deus vult non potest non esse, si Deus vult voluntatem humanam nullam cogi vel prohibiri, necessitate ad volendum, tunc necesse est voluntatem esse liberam & esse quod vult. Unde patet disputatio ad exemplum de visione beatifica ab arguente adductum. Hæc enim, cum tollat indifferentiam objectivam judicij, que est proxima radix libertatis, nec in voluntate beatorum relinquunt potentiam ad non diligendum Deum, in amorem beatificum non influit libertatem, sed necessitatem Econtra vero, cum divina prædefinitione utrumque præstet, causat libertatem & contingentiam in actibus prædefinitis.

#### S. IV.

Aliud ejusdem Annati argumentum dissolvitur,

I Dem Author disp. i. cap. 6. §. i. probat admittendam esse in Deo scientiam medianam, & quod Admissa scientia media non sit difficile ad intelligendum, quomodo Deus prædefine posse adam librum, illas à ejus libertate, eaque seclusa quomodo sit divina prædefinitione cum libertate aliis prædefiniti, adeo sit captu difficile, ut sit hic etiam unus ex maxima Adversariorum laboribus... Sunt que aliqui Autori, qui cum habeant usum scientie mediae, velintque nihilominus retinere prædefinitions actuum librorum, huic difficultati succumbunt, ut videatur in Cajetano &c.

Respondeo primò: hunc modum ineundam libertatis quem Molina excogitavit, non esse facilem, quin ex illo gravissima emergant difficultates, & plura sequantur absurdia & inconvenientia, quæ Tractatu 3. fusè expeditius impugnandum scientiam medium. Sed nec ita claram & perspicuum, quin multi existim veritatem illam objectivam futurorum contingentium, à divino decreto independentem, coque anteriorum, quæ est præcipuum scientie media fundatum, esse obscurissimam, ac profluo intelligibilem. Unde Suarez lib. 1. de essentia prædest. cap. 7. num. 8. & tomo 1. de grat. proleg. num. 12. ait quod non intelligentes qualiter futura conditionata contingentia sint scibili, prout antecedunt determinationem divinæ voluntatis, quiescere debent, configuentes ad infinitatem divinæ scientie.

Præterea, Dato quod modus ille conciliandi libertatem à Molina excogitatus, sita facili & perspicua, ut ab omnibus intelligi valeat, & facilem reddat, ut ait Adversarius, bonorum-ctuum prædefinitionem; alter vero obsecratur, & difficilior, & paucis intelligibilis: dico tamen hanc nimiam facilitatem & claritatem in hac materia esse valde suspectam, ac similes ignibus illis fallacibus & fatuis, qui viatores decipiunt, & ad præcipitata ducunt. Nam D. Augustinus de prædest. Sanct. cap. 14. loquens de hac concordia, ait: *Eesse difficultem ad solvendum questionem.* Epist. 2. ad Valentiniū difficultiam vocat Epist. 1. *Difficillimam & paucis intelligibilem.* Et in libro de gratia Christi cap. 47. sic ait: *Ita questio ubi de libero arbitrio voluntatis, & de Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficultas, at quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem assertur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Unde gravi difficultate premite factetur libro 2. de peccat. meritis & remissione, cap. 18. ne liberum arbitrium gratia, aut gratiam libero arbitrio excludatur.

## RE CONCORDIA LIBERTATIS CUM PRÆDEST.

135

ipsam ratione (inquit) que deis rebus à tali-  
bus quales sumus ini potest, quemlibet nostrum  
quacumque rebemter angustat, ne sic defendamus  
gratiam, ut liberum arbitrium auferre videamus:  
rursum liberum sic affiximus arbitrium, ut superbā  
superioritate, ingrati Dei gratia & judicemur. Ex quibus  
verbis Julianus sumpit occasionem calum-  
niandi sanctum Augustinum, quasi dixisset gra-  
tiam non posse cum libero arbitrio coherere.  
Quam calumniam à se repellit S. Doctor  
libro 4. contrā ipsum, cap. 8. his verbis: Tu  
autem vir honestus & verax, abstulisti verba que-  
dicta, & dixisti quod ipse finxisti. Ego enim dixi istam  
questionem ad discernendum esse difficultem, non autem  
dixi posse discerni.... Redde verba mea, & vanescet  
calumnia.

Denuo idem Augustinus libro de gratia &  
libero arbitrio, quem ad Valentimum Abbatem,  
& ad Monachos cum illo commorantes direxit,  
nullus difficultem hanc libertatis cum divina  
gratia & prædestinatione concordiam, quæ  
maximas inter illos rixas & contentiones conci-  
uerat, explicaret hæc scribit cap. 1. Nunciatum  
enim vobis, fratres, ab aliquibus qui in refra-  
ngitione sunt, & ad nos inde reverentur, per quos  
vixit deus, quod de hac (concordia scilicet  
liberi arbitrii cum gratia & prædestinatione) dis-  
putationes in vobis sint. Itaque dilectissimi ne vos pertur-  
betur quisquis obscuritas, moneo vos primum, ut  
idem quæ intelligit agatis Deo gratias, quidquid est  
autem quod pervenire nondum potest refra-  
mentis in-  
tota pacem inter vos & charitatem servantes, & Do-  
minus ut intelligatis orate &c.

Augustino concinunt celebriores Theologi,  
quos recenter Alvarez disp. 118. de auxilio.

Quatuor tantum hic referam, ingenio & eru-  
tatione præclaros. Primus est Cardinalis Cajetanus,

qui variis in locis hujus concordia ob-  
ficiuntur & difficultatem ingenue profertur

(quod perperam vocat P. Annatus difficulta-  
tum succumbere) Nam in cap. 9. Epist. ad

Romanos, hoc scribit. Et cum objici, coniunge hæc  
in finali (nempe electionem) Dei esse infalli-  
bilem effectum habituram, & quemlibet no-  
strum esse liberi arbitrii) Responde me scire quod  
non vero non est contrarium, sed nescire hac jun-  
ge; sicut nescio mysterium Trinitatis, sicut nescio  
animum immortalem, sicut nescio Verbum caro  
factum, & similia, qua tamen omnia credo. Et 1.  
p. quest. 22. ad art. 4. eandem difficultem quæ-  
tionem pertractans, ait: In ea quiescere debet in-  
tellexus, non evidentiā veritatis inspecta, sed altitu-  
de mæcessibili veritatis occulta. Et hoc ingenio  
mo satiatione videtur, tam propter rationem  
peditam, tam quoniā, ut ait Gregorius, minus  
de Deo sentit, qui hoc tantum de eo credit, quod suo  
ingenio metiri potest. Nec propterea negandum ali-  
E

quid coram, que ad divinam immutabilitatem, a-  
cciditatem, certitudinem, atque universalitatem, &  
sicut spectare scimus, aut ex fide tenemus, suspicor:

Et aliud accidit latere, vel ex parte ordinis qui est  
inter Deum & eventum provisum: vel ex glutino inter  
omnem creaturam, & esse provisum, arbitrator. Et sic intel-  
ligiam anima nostra, oculum noctua esse considerans,  
in ignorantia sola quietem illius inventio. Melius est e-  
stionem tamen fidei Catholica quam philosophia, sacerdi-  
ciatem nostram, quam asserere tanquam evidencia  
que intellectum non querant, evidenter namque que-  
tativa est. Et addit: Optimum autem atque salubre  
confutatum est in hac re, inchoare ab his que certò sci-

mus, & experimur in nobis, scilicet quod omnia que  
sub libero arbitrio nostro continentur, evitabilitia à  
nobis sunt, & propterea digni sumus pœna vel præ-  
mio. Quomodo autem hoc salvo, divina salvetur pro-  
videntia ac prædestinatione &c. credere quod sancta  
Mater Ecclesia credit. Scriptam est enim, altiora te  
ne quæseris, plurima enim sunt supra sensus huma-  
nos revelata, & hoc est unum ex illis. Similia habet  
Dominicus Soto in cap. 9. Epistolæ ad Roma-  
nos.

Sed quia fortè Patrum Dominicanorum te-  
stimonia Adversariis possent esse suspecta, unum

proferam ex Patribus Societatis, quem Possevi-  
nus virum insigni eruditio & perspicuitate re-  
fertum appellat. Hic est Benedictus Perarius, qui

tomo 6. disputationum selectarum in sacram

Scripturam, ad illa verba Apostoli ad Rom. 9.

Ergo cuius vult miseretur, eandem questionem

(de concordia scilicet libertatis cum prædesti-  
natione & gratia) expendens, ait: Hæc duo ma-  
nifesta esse, & ex sacris litteris, & secundum rectam

rationem; homines à Deo prædestinatos, necessariō

(necessitate dico infallibilitatis) salutem suam conse-  
qui, nec perire posse, & hominem esse liberi arbitrii ad

eligendum quocunque voluerit, sive bonum, sive ma-  
lum. Verum quo tandem vinculo sive giurino conne-  
ctantur ista & copulentur inter se, videtur incompre-  
hensibile homini in hac vita. Et paulo infra, hujus

difficultatis intelligentiam, non secus ac myste-  
rii sanctissimæ Trinitatis, cum Cajetano, differt

usque ad æternæ vitæ fruitionem, afferitque D.

Augustinus hanc non potuisse comprehendere  
difficultatem, imo & Apostolum argumen-  
tum sibi propositum non alio modo diluisse,

quam per hanc exclamationem: O homo tu quis  
es qui respondes Deo!

Expressius adhuc loquitur Franciscus Zumel

1.2. quæst. 111. art. 3. disp. 1. ubi hæc scribit: Mirabile est argumentum quod Adversarii considunt, cùm

dicunt se non posse intelligere, quo pacto salvetur con-  
cordia liberi arbitrii cum gratia, nisi tollendo priori-  
tatem divini auxiliū efficacis: mirabile, inquam, est ar-  
gumentum, quia si ipsi non intelligunt, fides & Ecclesia

intelligit &c. Postea subdit: Quod si ego non intelli-  
go, non ob hoc deserenda est veritas Catholica: etenim

si tam clara & aperta esset liberi arbitrii cum gratia

efficaci concordia, ut isti dicunt, non est cur tantopere

laboraret Augustinus, & laboraret Ecclesia &c.

Eadem veritas ratione iuaderi potest. Primo

quia concordia gratiae efficacis & doni perseve-  
rantiæ, cum libertate & mutabilitate arbitrii

creati, pertinet ad mysterium prædestinationis

, & est præcipuus ejus effectus: Ergo sicut

prædestinationis mysterium non potest in hac

vita penetrari, & clarè cognosci, ita nec illa con-  
cordia.

Secundò, Quia ut suprà vidimus ex D. Tho-  
ma, vinculum illud quo hæc extrema inter se

connequantur, est effectus divinæ omnipotenti-  
tiae: Deus enim (inquit S. Doctor) HOC SVA

OMNIPOTENTIA FACIT, ut voluntas illud in quod

mutatur, VOLUNTARIE VELIT: Sed effectus

divinæ omnipotentiæ non possunt solo lumine

naturali à nobis penetrari & comprehendi:

Ergo nec illa concordia. Unde inquit Augusti-  
nus lib. 2. contra litteras Petilianæ cap. 84. Si tibi

proponam questionem, quomodo Deus Pater attrahit

ad filium homines quos in libero dimisit arbitrio &

fortassis eam difficile solutum est: quomodo enim

attrahit, si dimisit ut quis quod voluerit eligat &

tamen

tamen utrumque verum est, sed intellectu hoc penetra-  
ri paucivalent.

170 Tertio, Si in ordine naturali tot sint arcana & secreta quae humani ingenii vires transcen-  
dunt, & à nobis in hac vita perfectè cognosci non possunt, ut natura temporis, compositio  
continui, fluxus ac refluxus Oceani, multaque alia quae Philosophorum ingenia absorbent, aut  
torquent: quid mirum, si divinæ gratiae opera-  
tio in nobis, secrētissima sit, ac soli ejus largito-  
ri plenè cognita? Si difficile estimamus que in terris  
sunt, & que in prospectu sunt inventimus cum labore:  
qua autem in celis sunt quis investigabit? sensum au-  
tem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & mi-  
seris spiritum sanctum de altissimis? Sapientia 9.

171 Sicut ergo Suarez supra relatus ait, quod non intelligentes qualiter futura contingentia con-  
ditionata, sint scibilia, prout antecedunt deter-  
minationem divinæ voluntatis, quiescere debent configentes ad infinitatem divinæ scientiæ.  
Ita similiter nos dicimus, quod licet in hac vita plenè & perfectè non intelligamus, qualiter posse Deus movere efficaciter liberum arbitrium ad bene, libere, & infallibiliter operan-  
dum, quiescere debemus configentes ad effi-  
ciam infinitam divinæ voluntatis & omnipotentiæ.  
Et mirum est quod Suarez, aliique Recen-  
tiores, hanc fidem cœcam a Thomistis exi-  
gant, quantum ad ea quæ spectant ad scientiam medium, & ad veritatem objectivam fu-  
turorum contingentium ante decrem; & tam-  
en quando agitur de concordia libertatis cum  
divinorum decretorum & auxiliorum efficacia,  
non solum eam exhibere recusent Augustino, a-  
llisque Theologis supra relatis, afferent bus in  
hac difficillima & obscurissima concordia, cap-  
tivandum esse intellectum in obsequium fidei,  
ejusque claram & evidenter notitiam, usque ad  
visionem beatissimam esse differendam; verum  
etiam ipsos Thomistas derident, eo quod affer-  
rant, non esse possibile humana menti, nexus  
hunc divinæ motionis efficacissimam cum nostra  
voluntatis libertate, in hac vita comprehendere,  
cum tamen utrumq; connexionum fateri necesse  
sit. Quod, inquit Petrus à S. Joseph, in opuscu-  
lo quod D. Thomæ de confessione appellat, per-

Disp. belle dictum esset apud Pythagoreos qui jurabant in  
verba Magistri: apud illos autem qui non tam curant  
quid quisque privatus Doctor afferat, quam quod solidè  
probat, levius hec credulitas parum apposite ingeritur.

172 Sed audias quæculo Petrus, non Pythagoram  
loquentem, non privatum doctorem disseren-  
tem & rationantem, sed ipsum summum Augusti-  
num, ipsum, inquam, Ecclesiam Salomonem, oracula fundente in serm. 20. de verbis Apostoli  
cap. 7. ac sibi dicentem. Queritur rationem, ego ex-  
pavescam altitudinem: O altitudo divitiarum sa-  
pientia & scientia Dei! turatio[n]are, ego mirer: tu  
disputa, ego credam: altitudinem video, ad profundum  
non pervenio: O altitudo!... Requievit (Apostolus)  
qui invenit admirationem, nemo querat à me occu-  
torum rationem. Ille dicit inscrutabilia sunt iudicia  
ejus, & tu scrutari venisti: Ille dicit investigabiles  
sunt via ejus. & tu investigare venisti: Si inscrutabili-  
a scrutari venisti, crede iam peristi. Tale est velle  
scrutari inscrutabilia, & investigabilia investigare,  
quale est velle invisibilia videre, & ineffabilia fari.  
Ergo adficeretur domus, cum pervenerit ad dedicatio-  
nem, tunc fortasse inveniet ip[s]orum occulorum ap-  
pertissimam rationem. Certè sapiens hæc Augu-  
stini admiratio, securior nobis videtur quam-

A omnis humana ratiocinatio. Sacra hæc ob-  
scuritas & caligo (in qua, ut ait Dionysius,  
Deus splendescit) clarior ac lucidior nobis ap-  
paret, quam lux illa Molinistica, quæ clare re-  
flectatur. Hæc docta Augustini ignorantia, fa-  
cipientia est omnium humana sapientia: nam ut  
dicit Hieronymus: Melius est aliiquid nescire, quam  
cum periculo discere. Vel ut loquitur ipse Ieroni-  
mus, Melior est fidelis ignorantia, quam temera-  
ria scientia.

Dices: Argumenta quæ fiunt contra concor-  
diam libertatis cum divina providentia & pre-  
destinatione, sunt solubilia, & de facto solvun-  
tas à Theologis: Ergo hujus concordia possibilis  
potest in hac vita manifeste cognosci. Con-  
sequenta videtur manifesta: qui enim solvit ar-  
gumenta quæ probant aliquorum extremonum  
conjunctionem repugnare, evidenter ostendit  
illam esse possibilem.

Pro solutione hujus argumenti, observan-  
dum est cum Cajetano: aliquod mysterium  
posse demonstrari evidenter possibile dubiu-  
modis, positivè scilicet & negativè. Tun-  
do monstratur evidenter positivè, cum probatur  
mediis naturalibus possibilem esse connexio-  
nem prædictam cum subjecto, v.g. Dei cum ho-  
mine. Dicitur vero demonstrari evidenter ne-  
gativè, quando ostenditur nihil teperiri quod  
videnter probet illud mysterium esse impossibile  
& solvuntur argumenta quæ fiunt contra  
jus possibilitatem: v.g. si infidelis argueret  
commidilem, hoc modo. Omnis natura quæ est unum  
numero, est etiam una in supposito: Sed natura diversa  
una numero: Ergo & una in supposito: fidelis autem  
distingueret Majorem, dicens eam esse veram  
in naturis finitis, non autem natura infinita;  
& affereret nullo modo probari posse de natura  
infinita, quod sit una in supposito, jam evidenter  
negativè probaret possibilitatem mysterii Tri-  
nitatis. Sive vero præterea ipse fidelis (quod  
men fieri nequit) haberet medium efficax, quo  
evidenter probaret hanc propositionem, natura  
infinita potest esse in tribus suppositis realiter distin-  
tis, in tali casu probaret evidenter positivè possi-  
bilitatem mysterii Trinitatis. Hoc præsupponit  
D

Ad argumentum respondeo, concilio Ante-  
cedente, distinguendo Consequens. Ergo hanc  
concordia possilitas potest in hac vita eviden-  
ter cognosci: Evidenter positivè, nego. Eviden-  
ter negativè, concedo. Ad probationem in con-  
trarium, similiter dicendum est, quod ille qui  
solvit argumenta quæ probant aliquorum ex-  
tremorum conjunctionem repugnare, ostendit  
illam esse possibilem, evidenter negativè, non  
tam evidenter positivè. Unde omnia argu-  
menta quæ supra adduximus, tum ad proba-  
dum divinorum decretorum efficaciam non la-  
dere arbitrii libertatem: tum ad convellendū  
adversæ tentientia fundamenta, hujus concep-  
tus possilitatem, solum evidenter negativè  
ostendunt, & si interdum probando nolunt  
sententiam diximus evidens aut manifestū esse,  
decrem prædeterminans non tollere aut le-  
dere libertatem, hoc de evidencia negativa

non vero de positiva intelligendū est.

(v)